V NIVERSIS ET SINGVLIS PRAESENTES LITTERAS SIVE HOC
præſens publicum Notariatus inſtrumentum,inſpecturis,lecturis,viſuris,pariter & audituris Frãciſcus Mu-
ñoz Vice Comes et Miles palatinus ab Egregio viro Domino Guillermo Menu Litterarum
Apoſtolicarum ſcriptore, Sacri palatij Apoſtolici & Aule Lateranenſis, Comite & Milite Palatino
ad creãdũ,nominãdũ,inueſtiendũ,ordinãdũ & deputandũ omnes,& ſingulas perſonas ad id habiles & ido-
neas in notarios publicos ſeu Tabelliones ac iudices ordinarios auctoritate Apoſtolica ſpecialiter depu-
tatus,& Delegatus Pacem gaudium,& ſalutem Dignum reputamus,& congruum vt perſonas quibus vi-
ac morum honeſtas aliaq; laudabilia probitatis,& virtutum merita ſuffragantur fauoribus & gratijs proſequamur oppor-
nis.Cum itaq; in noſtra ac notarij apoſtolici teſtiũq; infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus honeſtus,et diſcretus
ir Dominus Baltasar franco ordoñes de palma nobis humiliter ſupplicauerit.Quatenus ip-
m auctoritate Apoſtolica iuxta tenorem priuilegij eidem domino comiti per ſanctiſsimum in Chriſto patrem, & domi-
m noſtrum Dominum Paulum Diuina prouidentia Papam quartum,nobis vero per illius ſub delegationem gratioſe con-
ſsi in Notarium publicum ſeu Tabellionem ac iudicem ordinarium creare,facere,inſtituere,deputare,et ordinare Sibiq; hu-
ſmodi Notariatus ſeu Tabellionatus ac Iudicatus ordinarij publica officia concedere,et elargiri dignaremur.
uiuſquidem priuilegij tenor ſequitur et eſt talis.

V NIVERSIS ET SINGVLIS PRAESENTES LITTERAS SIVE
hoc præſens publicum Notariatus ac Vicecomitatus Inſtrumẽtum inſpecturis,viſuris,lecturis pariter et audituris Gui-
rmus Menu clericus Virdunẽ.Diœceſis:necnon litterarum Apoſtolicarum Scriptor.ac ſacri palatij Apoſtolici & aulæ Late-
nenſis Comes & Miles Palatinus Salutẽ in Domino ſagax humanæ naturæ diſcretio hominum memoriæ labilitate penſa-
ne diuturnitate temporum ea quę inter contrahentes agerentur obliuionis defectui ſubiacerent Tabellionatus officium per
od contrahentium vota longe ſeruarentur adinuenit ſagaciter in eum vt talibus perſonis quibus vitæ ac morum honeſtas
iaque laudabilia probitatis et virtutũ merita ſuffragẽtur huiuſmodi Notariatus ac Tabellionatus et Iudicatus ordinarij offi-
a ſint committẽda.Cum itaque in noſtra et teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorũ et rogatorũ præſentia per-
naliter conſtitutus.Venerabilis vir dominus Franciſcus Muñoz Clericus Gienẽ.Diœceſis principalis nobis humiliter ſuppli-
uit.Quatenus ipſum auctoritate Apoſtolica iuxta noſtri ſubinſerti priuilegij per Fe.Re.Paulum papam tertium nobis con-
ſsi gratioſe tenorem,in publicũ et auctenticum Notarium ac Tabellionem et iudicem ordinarium necnon vice comitẽ et ſub
legatum noſtrũ,facere,creare,conſtituere,deputare et ordinare:ſibique huiuſmodi Notariatus ſeu Tabellionatus atque iudica-
s ordinarij,necnon vice comitis et ſub delegati noſtri officia publica concedere et elargiri dignaremur.Cuiuſquidem priui-
gij tenor de verbo ad verbum ſequitur et eſt talis. IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei.Dilecto filio Magiſtro Gui-
rmo Menu clerico Virdunẽ.litterarum apoſtolicarum ſcriptori Sacri palatij et aulæ Lateranẽ.Comiti,ſcriptori,et familia-
nr̃o ſalutẽ et apoſtolicã benedictionẽ. Eccleſia Romana cuius principatũ ſuper omnia diuina extulit maieſtas et a qua veluti
imitiuo fonte honoris et dignitatis beneficio proueniunt tanquã regina inueſtitu deaurato circundata varietate, deuotos et
eles ſuos quos grata deuotionis et familiaritatis obſequia ac fidei illibata ſinceritas ac alia propria virtutum merita recomẽ-
nt honoris et fame amplioribus præconijs ac præclaris dignitatum titulis decorare prout perſonarum qualitati conſpicit
nuenire.Hinc eſt quod nos ob grata deuotionis et familiaritatis obſequia quæ nobis actenus impendiſti et adhuc ſolicitis ſtu-
js impendere non deſiſtis,nec non vite ac morum honeſtas aliaq; laudabilia et præcipua probitatis et virtutum merita quis
us perſonam tuam tam familiari experientia quam etiam fide dignorum teſtimonijs percepimus inſignitam reſpectum ha-
entes.Et propterea eandem perſonam tuam ſpecialis honoris et excelentię dignitatis titulo ſublimare volẽtes Motu proprio
on ad tuam vel alterius prote nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiã ſed de noſtra mera liberalitate et ex certa ſciencia ac
apoſtolicæ poteſtatis plenitudine auctoritate apoſtolica tenore petentium.Te ſacri palatij et aule Lateranẽ.Comitẽ ac Mi-
em creamus,facimus,conſtituimus et deputamus, nobilitamuſq; ac nobilitatis et Comitis ac Militis titulo nomine et inſig-
js decoramus.Teq; aliorum palatij et aulæ huiuſmodi Comitum ac nobilium et militum numero et conſortio fauorabiliter
ggregamus,ac pro comite milite et nobili deinceps vbiq; locorum haberi,nominari et reputari volumus et mandamus de-
rnentes quod tu omnibus et ſingulis priuilegijs prerogatiuis exemptioribus declarationibus derogationibus mandatis ſu-
penſionibus,fauoribus,gratijs et indultis quibus alij dicti palatij comites,milites et nobiles quicunq; etiam de nobili militari
comitum ſeu aliorum maiorum nobilium genere etiam qui Illuſtres reputantur ex vtroq; parẽte procreati de iure vel cõſue-
dine aut alias quomodolibet vtũtur potiũtur et gaudẽt ac vti potiri et gaudere poterũt quomodolibet in futurũ vti potiri
gaudere libere et licite valeas vere et nõ ficte in omnibus et per omnia perinde ac ſi de illuſtriũ genere ex vtroq; parẽte pro-
reatus fores.Itaquod inter te et ipſos Illuſtres quo ad nobilitatẽ huiuſmodi et alia ad illam neceſſaria nulla penitus ſit differen-
a nec fictio locum habeat.Et inſuper tibi ad inſtar aliorum aulæ prædicte Comitum vbiq; locorum extra tamen muros vr-
is noſtræ auctoritate appoſtolica,quoſcunq; quos in iure canonico et ciuili ſeu altero eorum ſtuduiſſe,et ad hoc aſsiſtẽtibus
uobus vel tribus in iure ſeu iuribus huiuſmodi doctoribus per diligentem examinationem ſcientia et moribus idoneos et
ufficientes eſſe inueneris in vtroq; vel altero iurium huiuſmodi,quos vero in Theologia ſeu artibus vel medicina,aut alia lici-
a facultate ſtuduiſſe,et ſimiliter per diligentem examinationem duorum vel trium etiam per te eligendorum doctorum ſeu
agiſtrorum facultatis in qua ſtuduerint coram eis ſeu aliquo eorum habent,ac fidelem doctorum ſeu magiſtrorum eorun-
em atteſtationem tibi faciendam peritos et ſcientia ac moribus ad hoc idoneos et ſufficientes eſſe repereris eorũdem docto-
um ſeu magiſtrorum quo ad præmiſſa omnia votis iuratis in Theologia ſeu artibus vel medicina aut alia licita facultate hu-
uſmodi ad Baccalariatus licẽtiature et Doctoratus ſeu magiſterij gradus promouendi et in eis legendi,interpretandi,diſputãdi
i et alios actus et terminos in huiuſmodi gradibus perſonas cõſtitutas quomodolibet pertinẽ faciendi facultatem et au-
toritatem concedendi.Ipſorumq; graduum ſolita inſignia eis exhibendi,ac etiam illos quos ad hoc idoneos et fideles,ac in lite-
atura ſufficientes fore repereris,in Notarios publicos ſeu Tabelliones ac Iudices ordinarios,recepto prius ab eis ſolito iuxta

formam perentibus annotatam Iuramento creandi,ac de Notariatus ſeu Tabellionatus ac Iudicatus officijs,per pennam et ca
lamare vt moris eſt inueſtiendi et inueſtiri mandandi. Necnon quoſcūq; nothos baſtardos et naturales ſpurios inceſtuoſos et
manſeres copulatiue et diſiunctiue ex quocunq; illicito et dannato coitu procreatos viuentibus ſeu mortuis eorum parenti
bus.Omnem ab eis geniture maculam tollendo ita vt ad paternam et alias ſucceſsiones bonorum quoruncunq; cognatorum
agnatorum et attinentium admitti et in illis ſuccedere valeant abſq; tamē præiuditio illorum qui ad huiuſmodi ſucceſsiones
ſi perſone ipſe ab inteſtato decederent de iure admitti deberent,& ad honores dignitates ſtatus gradus et officia ſecularia pu
blica et priuata recipi illaq; gerere et exercere libere et licite poſsint ac ſi de legitimo matrimonio procreati eſſent legitimand
di et ad primeua et legitima nature iura et quoslibet actus legitimos reſtituendi et reducendi itaquod officium Comitatus hu
iuſmodi per te vel alios vbicunq; locorum extra tamen dictos muros exercere poſsit ac quibuſuis perſonis quo ad premiſſa
facienda vices tuas cōmittendi,necnon vt ornamentis et fauoribus apoſtolicis affluentius vallatus exiſtas,enſem et alia honeſta
arma per nobiles et milites geſtari ſolita etiam per vrbē abſq; alicuius licentia deferendi,ac tres perſonas nobiles per te eligē
das milites deauratos,faciendi,conſtituendi et deputandi eiſque inſignia et arma in ſimilibus dari ſolita dandi et concedendi,
ac eos numero et conſortio aliorum nobilium et militum deauratorum fauorabiliter aggregādi necnon etiam alias tres per
ſonas,etiam ſi nobiles non fuerint in Comites palatij et aule Lateraneñ. huiuſmodi cum ſimili aut limitata facultate prout vi
debitur creandi conſtituendi et deputādi,motu ſciētia et poteſtate ſimilibus plenam et liberam auctoritate præmiſſa concedi
mus facultatē.Nō obſtātibus quibuſuis apoſtolicis ac in prouincialibus et ſinodalibus concilijs æditis generalibus vel ſpeciali
bus conſtitutionibus et ordination.nec non legibus Imperialibus ac ſtatutis et conſuetudinibus et municipalibus Ciuitatū et
locorum in quibus ipſi legitimandi forſam fuerint iuramento cōfirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis illis
preſertim quibus caueri dicitur expreſſe quod naturales et baſtardi legitimari non poſsint niſi de conſenſu legitimorum et na
turalium necnon quibuſuis perſonis ac Cancellarie apoſtolice regulis per nos et ſedem præfatam hactenus conceſsis et in po
ſterum edendis,priuilegijs quoque indultis et literis apoſtolicis et quibuſuis vniuerſitatibus ſtudiorum generalium collegijs
ordinibus et quibuſuis alijs locis etiam quoruncūque Romanæ curie officiorū,et illorū officijs ac officialibus vel quibuſuis
alijs ſub quibuſcunque tenoribus formis et clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs etiam motu proprio et ex certa ſciē
tia necnon conſiſtorialiter et de conſilio ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinaliū,et ad inſtantiam Imperatoris Regū Reginarū,
Ducū Principū,et aliorū dominorū temporaliū hactenus conceſsis et confirmatis,ac in poſterū concedendis et confirmandis,
quibus omnibus etiam ſi in eis caueatur expreſſe ꝙ nullus ad huiuſmodi gradus vel eorū aliquem niſi in vniuerſitate in qua p
tempore ſtuerit promoueri poſsit,nec Comites palatini præfati eorum facultatibus huiuſmodi niſi in locis ab eadē vrbe per
vnam ſeu duas dietas diſtātibus vti poſsint ac pro eorū ſufficiēti derogatione de illis eorūque totis tenoribus ſpecialis ſpecifi
ca expreſſa et indiuidua ac de verbo ad verbū non autē per claſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia ex
preſsio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruāda foret eorū tenores preſentibus pro ſufficienter expreſsis habē
tes illis alijs in ſuo robore permanſuris quo ad premiſſa ſpecialiter et expreſſe derogamus necnon iuramenta per ipſos promo
uendos de non recipiendo alibi huiuſmodi gradus quam in vniuerſitate ſtudij in qua pro tempore ſtuduerint hactenus preſti
ta et in poſterum preſtanda ex nunc pro vt extunc et contra eis relaxamus eoſque ad illa obſeruanda non teneri decernimus et
declaramus contrarijs quibuſcunque.Verum quia difficile foret preſentes literas ad ſingula queque loca in quibus de eis fides
facienda foret deferri volumus et eiſdem auctoritate apoſtolica motu et ſcientia ſimiliter decernimus quod ipſarum traſump
to manu alicuius notarij publici ſubſcripto et ſigillo alicuius prælati vel perſone in dignitate eccleſiaſtica conſtitute munito in
iudicio et alibi vbi opus fuerit eadem prorſus fides adhibeatur quæ eiſdem preſentibus adhibere ur ſi forēt exibite vel oſtē
ſe.Forma autem iuramenti quod ab eiſdem notarijs et iudicibus exigere debes ſequitur et eſt talis.Ego.N.ab hac hac ora in an
tea fidelis et obediens ero beato Petro et ſancte Romane eccleſie ac domino meo dño Paulo Pape Tertio ſuiſque ſucceſſoribus
canonice intrantibus non ero in conſilio auxilio,conſenſu vel facto vt vitam perdant aut membrum vel capiantur mala cap
tione conſilium vero quod mihi per ſe vel literas aut nuntium manifeſtabunt ad eorum damnum ſcienter nemini pandā ſi ve
ro ad meam noticiam aliquid deuenire contingat quod in periculū Romani Pontificis aut Romane eccleſie vergeret ſeu gra
ue damnū illi immineret illud propoſſe meo impediam et ſi hoc impedire non potero procurabo bonafide id ad noticiā domi
ni noſtri Pape per ferri papatum Romanum et regalia ſancti Petri ac iura ipſius eccleſie ſpecialiter ſi qua eadem eccleſia in ciui
tate vel terra de qua oriundus ſum habeat adiutor eis ero ad defendendum et retinendum ſeu etiam recuperandū contra om
nes homines tabellionatus officium fideliter exercebo contractus in quibus exigitur conſenſus partium fideliter faciam nil ad
dendo vel minuendo ſine voluntate partium quod facti ſuſtantiam inmutet contractus ſi vero in conficiendo aliquod inſtrumē
tum vnius ſolius partis ſit requirenda voluntas hoc ipſum faciam vt ſcilicet nil addam vel minuam quod mutet facti ſubſtan
tiam de aliquo contractu in quo ſciam interuenire ſeu intercedere bim vel fraudem contractus in protocolū redigam et poſt
quam in protocolum redigero malitioſe non differant contra voluntatem illius vel illorum cuius ſeu quorum eſt contractus
ſuper eo conficere publicum inſtrumentum ſaluo meo iuſto et conſueto ſalario ſic me Deus adiuuet et hec ſancta Dei euange
lia nulli ergo ōmnino hominum liceat hanc paginam noſtre creationis,factionis,conſtitucionis,deputationis,nobilitationis,de
corationis,aggregationis,mandati,decreti,conceſsionis,derogationis,relaxacionis,declarationis et voluntatis infringere, vel
ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumſerit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et
Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū datum Rome apud ſanctū Petrum anno incarnationis Dominice milleſimo quin
genteſimo quadrageſimo nono octauo Calendas Martij.Pontificatus noſtri anno primo. ¶ N O S Igitur Guillermus Menu
literarum apoſtolicarum ſcriptor Comes et Milles Palatinus prefatus ex certa noſtra ſcientia animoq; deliberato ſupplicatio
nibus prefati domini Franciſci Muñoz principalis coram nobis vt premittitur principaliter coſtituti,quem vtiq; virum litterat
tum et ſcribere ſcientem ad huiuſmodi notariatus ſeu Tabellionatus atq; Iudicatus ordinarij officia publica exercenda ſufficiē
tem habilem et idoneum eſſe reperimus idcirco auctoritate apoſtolica nobis comiſſa et qua fungimur in hac parte omnibus
melioribus modo,via,iure, cauſa et forma quibus melius et efficatius potuimus et debuimus poſſumuſq; et debemus eundem
dominum Franciſcum Muñoz principalem ibidem preſentē, ſupplicantem et acceptantem in publicum et auctenticum Nota

rium et Tabellionem ac Iudicē ordinariū recepto prius ab eodem domino Franciſco Muñoz principali debite fidelitatis iura-mento iuxta formā ſuperius annotatam in preſertis literis, creauimus, deputauimus, conſtituimus et ordinauimus, ſibiq; huiuſ-modi Notariatus ſeu Tabellionatus atq; iudicatus ordinarij publica officia cum omnibus et ſingulis priuilegijs honoribus co-moditatibus excelentijs immunitatibus et libertatibus auctoritate predicta duximus cōmittenda et concedenda prout comiſsi-mus et conceſsimus comittimusq; et concedimus per preſentes deinde ipſum dominū Franciſcum Muñoz principalem per ca-lamariū, pennam at q; chartā quas in noſtris tunc tenebamus manibus ſuiſq; tradidimus, inueſtimus de ſingulis officijs memo-ratis. Dantes et concedentes eidem domino Franciſco Muñoz principali auctoritate prefata plenā auctoritatē et licentiam per omnes ciuitates, terras, oppida, caſtra, villas, et alia quecunq; loca, que ſacroſanctam confitentur catholicam Eccleſiam ac vbiq; locorū, faciendi, ſcribendi et publicandi, contractus, inſtrumenta, iudicia, teſtamenta et vltimas voluntates decreta et auctoritatē interponendi quibuſcunque contractibus id requirentibus omniaque alia et ſingula palam et publice faciendi et exercendi quæ ad officiū publici et autentici Notarij, ac Tabellionis et iudicis ordinarij ſpectare et pertinere dignoſcuntur, et quod ad eundē dominū Franciſcum Muñoz principalem tanquā Notarium et Tabellionem publicum ſeu autenticā perſonam et iudicem or-dinariū publice recurratur et recurſus habeatur de ceteroque inſtrumentis publicis per eum conficiēdis ſtetur firmiter et creda-tur ac plenaria fides vbique in iudicio et extra adhibeatur. Volumus inſuper eundem Dominū Franciſcum Muñoz Notariū, Tabellionem, ac iudicem ordinariū meritis ſuis exigēn in vicecomitem et ſubdelegatum noſtrum ordinari et ſtabiliri prout or-dinamus et ſtabilimus per preſentes. Eidemque vices noſtras cōcedimus videlicet quod poſsit et valeat vbiq; locorū extra ta-men Romanā curiam creare et ordinare eo modo quo ipſum creauimus et ordinauimus ſimili iuramento interueniente quaſ-cunque perſonas habiles et idoneas ſuper quo ipſius domini principalis conſcienciam oneramus apoſtolica auctoritate in no-tarios publicos et Tabelliones ac iudices ordinarios. Dando eis et eorū cuilibet plenam et liberam poteſtatem et auctoritatē Notariatus et Tabellionatus atque iudicatus ordinarij officia publica exercendi vbique locorū. Necnon quoſcūque baſtardos manſeres, nothos, inceſtuoſos, copulatiue et disiunctiue legitimare. Ac quoſcūque quos in Theologia Iure Canonico vel ciuili, aut artibus vel medicina ſeu alia licita facultate ſtuduiſſe precedente tamen diligenti examine duorū vel triū magiſtrorū ſeu do-ctorū eius facultatis in qua perſone huiuſmodi promouende erūt per eorūdem magiſtrorū ſeu doctorū relationem fidelē pe-ritos et ſcientia moribuſque idoneos repererit, de ipſorū magiſtrorū ſeu doctorū cōſilio bacalarios, licētiatos, Doctores et ma-giſtros ſimiliter creare et ordinare, modo et forma nobis vigore preinſerti priuilegij conceſsi, ac aliis iuxta illius vim formā continentiam et tenorem In quorū omniū et ſingulorū fidem et teſtimoniū premiſſorū preſentes literas ſiue hoc preſens publicū Notariatus inſtrumentū exinde fieri et per notariū publicū infra ſcriptū ſubſcribi et publicari mādauimus ſigillique noſtri iuſ-ſimus et fecimus appenſione cōmuniri. Datū et actum extra muros Almæ vrbis Romanæ prope et extra portam Caſtri ſan-cti angeli ſub Anno a natiuitate Domini Mileſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto. In dictiōe decima quarta, die vero vigeſima ſexta menſis Augusti pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto patris et dñi noſtri domini Pauli Diuina prouidentia Pape quarti. Anno ſecundo preſentibus ibidem dominis Henrico Machieti et Petro Blanchart clericis Tulleñ et Cenomaneñ. reſp-ctiue Dioceſsis. Teſtibus ad premiſſa vocatis atq; rogatis. M. A. Noſce Teipſum.

¶ Et quia ego Ioannes de Auila Archiuij Romano Notario ſcriptor præmiſſus interfui ideo opus Notariatus et vice Comita-tus inſtrumentum ſubſcripſi in forma præmiſſorum Rogatus.

NOS Igitur Franciſcus Muñoz Vice Comes et milles Palatinus p̄fatus, ſuplicationibus dicti domini *bacalarij [illegible] ma* quem virum vtiq; litteratum et ſcribere ſcientem ac alias ad ſu-pradicta Notariatus ſeu Tabellionatus ac Iudicatus ordinarij publica officia fideliter exercenda habilem et idoneum [illegible] fauorabiliter annuentes Idcirco auctoritate Apoſtolica nobis comiſſa et qua fungimur in hac parte omnibus melioribus modo, via iure, cauſa et forma quibus melius et efficaci-cius potuimus, et debuimus poſſumuſq;, et debemus eundē Dominum *[illegible]* preſentem et acceptantem idq; humiliter fieri ſupplicantem præſtito prius in manibus no-ſtris debite fidelitatis iuxta formam in dictis præ inſertis literis Apoſtolicis annotatam iuramento in publicum, et autenticū Notarium ſeu Tabellionem ad Iudicem ordinarium creauimus, conſtituimus, ordinauimus, et deputauimus prout creamus, conſtituimus, ordinamus, et deputamus per præſentes Sibiq; huiuſmodi Notariatus, et Tabellionatus ac iudicatus ordinarij pu-blica officia cum omnibus, et ſingulis gratiis honoribus Immunitatibus, libertatibus, facultatibus, prerogatiuis priuilegijs et indultis quibus alij auctoritate Apoſtolica Notarij de iure vel conſuetudine aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, et gau-dent ac Vti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum committenda duximus et cōcedenda committimuſq;, et cō-cedimus per præſentes Ipſumq; de præmemoratis officijs per pennam, et calamare (Vt moris eſt) inueſtiuimus, et inueſtimus Dantes et concedentes eidem Domino *bacalario [illegible] ma* plenam, et omnimodam Au-ctoritate prædicta licentiam, et facultatem per omnes Ciuitates, terras, oppida, villas, caſtra, et alia quæcūq; loca quæ ſacro ſan-ctam confitentur Eccleſiam Contractus, Inſtrumenta, documenta, Teſtamentaque, et vltimas voluntates ſcribendi, conficiendi ſubſcribendi, et publicandi illiſq; ſi et prout opus fuerit auctoritatem, et decretum interponendi omnia q̄ alia, et ſingula ad offi-cia huiuſmodi quomodolibet ſpectantia, et pertinentia palam, et publice faciendi, et exercēdi Quoque ad eundem Dominum *[illegible]* tanquam ad Notarium publicum ſeu publicam, et autenticam perſonam publice re-curratur inſtrumentiſq; per eum decreto cōficiendis ſtetur, et credatur plenariaque fides tā in Iudicio quam extra et alibi vbi opus fuerit adhibeatur. In quorum omnium, et ſingulorum fidem, robur, et teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras ſiue hoc præſens publicum Notariatus inſtrumentum, exinde fieri, et per Notarium apoſtolicū infra ſcriptum ſubſcribi mandaui-mus. Sigillique dulciſsimi nominis Ieſus, et in eodem nomen noſtrum. Datum et actum. *[illegible] anno domini milesimo quingentesimo [illegible] [illegible] decima quarta mensis [illegible] in [illegible]*

et Laurencio Adriano notarius firmavi ac meo sig(il)lo sig-
natura consueto roboravi testibus [illegible] domino [illegible]
[illegible] de Pedrosa fr(ancis)co de Guzman et Beltrane de [illegible]
[illegible] sex aliquas raituras super signa [illegible] nomen [illegible]
[illegible] valeat

Pasó [illegible] 80

C. p.

Yo Lorenço Adriano notario app(osto)l(ico) por el autoridad [illegible]
[illegible] de la audiencia arçobispal desta ciudad de Zamora
presente fuy a lo que de mi se haze mencion y de [illegible]
que ante mi paso [illegible] de mi signo

en testimonio de verdad

Lorenço Adriano